N.º 3.11.

JOSEPHUS JOACHIMUS

GOLDTMANN

DEI et Apostolicae Sedis Gratia

Episcopus Sandomiriensis
Ordinis S. Stanislai 1mae Classis
Eques.

Illustrissimis Reverendissimis ac Perillustribus Illustribus Admodum Reverendis Curatis Vicariis ac Rectoribus Ecclesiarum Parochialium Decanatus Jedlinensis, Nobis in Christo Dilectis, salutem in Domino!

Noverint Dilectiones Vestrae, quia Nos ad Ecclesiam Parochialem in Błotnica post obitum Perillustris Adm Rndi Ignatii Jagniątkowski ejus ultimi immediatique possessoris vacantem, Perillustrem Adm Rdum Theophilum Jakubowski Canonicum h. Calisiensem Decanum Radomiensem, vigore praesentationis sub die 12. Januarii 1850. anni à Magnifico ac Generoso Vincentio Łaroski Herede bonorum Błotnica uti vero ac legitimo patrono, et a Supremo Regimine sub die 23/7 Februarii 1850. Aº 822/5815. confirmatae authoritate Nostra Ordinaria instituendum ac investiendum esse duximus, uti quidem recepto prius ab Eodem juxta praescripta SS. Concilii Tridentini et tenorem Bullae Pii IV Papae, tum Constitutionum Provincialium super Catholicae fidei professione, tum quoque de obedientia et Reverentia loci Ordinario Ejusque Succedaneis Episcopis Sandomiriensibus praestanda, deque non alienandis quinimo alienatis pro posse recuperandis dictae Ecclesiae in Błotnica bonis, ac quod in assecutione hujus Beneficii nulla fraus, nullus dolus, nullaque simoniaca labes, aut alia quaevis illicita pactio et corruptela intercesserit solito corporali juramento per manuum Nostrarum impositionem capiti ejus instituimus ac investimur. Curam animarum, administrationem spiritualium ac regimen temporalium rerum dictae Ecclesiae Parochialis in Błotnica in Dei Nomine Eidem commisimus ac dedimus. Requirentes ut Illustris Joannes Mroczkowski Canonicus h. Calisiensis Curatus in Jedlińsko memoratum Illustrem Adm Rndum Theophilum Jakubowski Institutum Nostrum in et ad realem, actualem ac corporalem altefatae Ecclesiae Parochialis in Błotnica illiusque jurium et pertinentiarum possessionem inducat, ponat et recipiat, faciendo Eidem de omnibus juribus, fructibus ac proventibus universis et per eos ad quos de jure spectat plenarie responderi. — —

Datum Sandomiriae die 10 Martii 1850 A.

Josephus Episcopus

Casimir Rugoziński

Secretarius

AB22.